

RABBINISMUS:

b. e.

PRÆCEPTA TARGUMICO-TALMUDICO-RABBINICA:

In harmoniâ ad Ebræa, eademq; Universalia,
Chaldæo-Syra nec non Arabica (seorsum antehac
edita illa ab autore) conscripta, exemplis
itemq; sufficientibus confirmata
illustrataq;


Accessit in fine

COMPENDIUM LEXICI TARGUMICO-TALMUDICO-RABBINICI, Radicum & Vocum
notabiliorum præ cæterisq; usitatarum, &c.

Autore

ANDREA SENNERTO, P.P.
in Acad. VVitteberg.

WITTEBERGÆ,
Typis & Sumptibus FINCELIANIS:
Anno 1666.



LECTORI BENEVOLO

//
שׁוּ

LECTOR BENEVOLE: Antequam ad rem: haud præter illam, credo, fuerit, si pauca quedam de Necessitate, dignitate atq; utilitate Studij Rabbini præmisero Præceptis, ut loquimur, hisce nostris. Paucis: Ita enim insanire cui fortè nō libido amplius hodiè sit, puto, qui cum Jac. Hogenstrato, Arnolde Tungerensi, Johan. Pseffertorn/ alijsq; de grege hac, Colonienfis & Parisinæ Academicarum tum membris ἀνεβραχίαις indoctisq; Rabbīnica Scripta rejicere per omnia & ad rogam condempnare velit. Quæ mens eo tempore, anno Christiano cdo Io X. seqq. illorum fuit, qui Imperatori D. Maximiliano I. ejus nominis id persuaderent, nisi magnus ille Capnio sive Joh. Reuchlinus contravenisset: quā de re pluribus videndi Sleidanus lib. II. Crusius in Annal. pag. 536. alijsq;. Potius causæ sunt in promptu & aprico non contemnendæ, quibus post Ebræa potissimum, Chaldæa, Syra atq; Arabica Studium Rabbīnicum quoq; probatur comprobaturq; suo certo quidem modo. Ecquis enim in sanctiore Literarum lingvarumq; studio adeò sit hospes, cui vel nomina non innotuerint τῶν Targumim, Talmudis, Mischna, Gemaræ, Peruschim, Medraschim, similiumq;. Jam, quibus inauditis perceptisq; dignitas adeò necessitasq; huj9 Studij inclarescit facilè. Ecquis enim אהרר ציטם h. e. translationes illas sive paraphrases Bibliorum notissimas, nauci habitas minime semper, de quibus Talmudici: *nisi Targum esset illius loci, sensum verum ejus non intelligeremus*: quis porrò Talmud & ipsum, adeoq; Mischnam & Gemaram, quibus putatur, quicquid Juris est & divini & humani contineri in illis, Opus apud Judæos summæ authoritatis:

quis deniq; Peruschim atq; Medraschim illorum, (de quibus hîc & nunc disputo nondum qualia sint) leget intelligetq; sine cognitione notatæ hujus seu lingvæ, seu veriùs idiomaticis aut dialecti Rabbinicæ. Nolim enim (quod notanter mox in primo limine hujus) Lingvam propriè vocare id genus literarum, quod veriùs idioma, dialectus certa, addo compages est atq; coluvio potiùs (sic est) omnium fere lingvarum, cum Orientaliù, tum ex parte quoq; Occidentalium: Ebrææ scil. Chaldææ, Syræ, Arabicæ, Persicæ, Ægyptiacæ, Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hispanicæ, Gallicæ, Germanicæ, &c. pro genio cujuscunq; loci, in quo Scriptor, Rabbi hic vel ille, vixit scripsitq;: servatis interim basis sive fundamenti quasi loco, matre Ebræa lingvâ & filiâ ejus primigeniâ Chaldæâ. Ut rectissimè omninò (si Natales consideremus Rabbinismi, de quo impræsentiarum nobis, sive Rabbinicæ dialecti aut idiomaticis) aviam ejus vocites Ebræam S.S. lingvam, matrem ipsissimam Chaldaicam, Infantiam porrò, sic dicendo tribueris τῶν Targumim autoribus, Adolescentiam Talmudis compilatoribus, Virilem porrò ætatem τοῖς Peruschim & Medraschim, vel quod eò redit, D.D. Judæorum Scriptoribusq; multifarijs eorundem, theologis, Jctis, Medicis, philosophis, historicis, philologis, grammaticis, &c. præsertim qui circiter annum Servatoris nostri millesimum, ante & ponè scil. computatis illis, vixerunt scripseruntq;: Senectam deniq; ejus modernis sive novitijs hodiè, hoc & superiori seculo qui scripserunt vixeruntq; fere, autoribus. Enimverò illa transeant. Porrò, quantum lucis id Studij, Rabbinismi nempe, adferat etiam Lectoribus nec non Interpretibus, præsertim Veteris, imò N. quoq; Instrumenti, in Vocibus, phrasibus, sententijsq; integris, historiâ, rebus, ritibus, ceremonijs, circumstantiis, alijsq; plurimè intelligendis, incredibile fuerit certè: atq; huc accommodaverim ego non malè id Veterum: אֵין חָכָם אֵלָא בְעַל הַנְּסִיוֹן *Non est sapiens, nisi dominus experientia.* Testimonijs quoq; & exemplis id abundè satis poterat demonstrari, chartæ si caperet h. l. spatium. Tandem non meis, sed alio-

aliorum (paucis) edisseram id verbis (artificum verò in sua arte,
 adeoq; fide dignissimorum) Seb. Munsteri nempe illius & Pauli
 Fagij, Cll. Virorum. Ita autè ille in præfat. Biblior. à se translatò-
 rum: *Meo iudicio ineptè illi agunt, qui contemptis Ebraorum Scri-
 ptoribus instituunt interpretari Libros V. T. Certè ego id ex eis didi-
 ci, quòd sæpe Monitores sint Veritatis.* -- Suo loco ostendam, quàm bal-
 lucinati sunt quidam, qui citra Ebraorum suppetias Ebraicum te-
 xtum interpretari conati sunt. *Nec est quòd causeris periculum,
 &c. Possèm innumera ostendere loca, quæ perperam à recentioribus
 sunt reddita Interpretibus, qui citra sufficientem lingvæ peritiã
 & Rabbìnorum lectionem præsumserunt vertere libros sacros, per-
 inde quæsi satis sit cognito Christo, interpretem agere Ebraismi.* --
*Multa sunt in Scripturâ adeò obscura & perplexa, ut citra Ebrao-
 rum traditiones non facilè intelligi possint, quicquid Nasuti hic og-
 ganniant.* Paulus Fagius verò in fine Comment. R. D. K. in Psal.
 X. pr. à se edit. inquit: *Etsi Ebraei isti Commentatores Christum,
 qui S. Scripturæ unicus scopus est, parum vel nihil attingant, &c.
 interim vel extra Christum multa habent, quæ sacra V. T. oracula
 legentibus multum prodesse possunt. Imprimis illorum lectio, qui S.
 Scripturam על הדך הפשט sive כפשוטו aut במשמעו ut ipsi lo-
 quuntur, h. e. ad literalem, grammaticum atq; historicum sensum
 tractant. Inter quos facilè princeps R. Dav. Kimchi: qui quòd li-
 teram, quòd historiam, quòd deniq; idiomata Vocum attinet, plus
 lucis ac utilitatis affert, quàm multorum aliorum Scriptorum, eti-
 am Christianorum, lectio. Absit Invidia dicto. Hactenus illi.
 Quid? quòd Cl. Buxtorfius in Gramm. Chald. & Syr. (Talmud
 ipsum in specie quòd concernit) affirmare ausit: quòd à Christo
 in N. T. quædam sint usurpata, quæ in Talmude habentur, & publici
 Juris tunc erant & usus triti. Intelliges verò materiam Talmu-
 dis, quòd aliàs anno salutis nostræ Io. demùm fuit obsignatum.
 Cæterùm de his similibusq; aliis videndi pluribus alii: Galati-
 nus, Gerson. P. Julius Conrad. Otto, Buxtorfius, W. Schikar-
 dus, D. Mollerus, Moltherus, Hottingerus, Hackspan. suis qui-
 que in LL. alii. Unum restare videbatur adhuc, quòd objicitur*

communiter : Multa scil. inesse Rabbiorum libris, præsertim Talmudi, ridicula, fabulosa, superstitiosa, falsa, quin impia & blasphema. At verò, sit ita. Quanquam & reverà tot non insint iis, quotquidem vulgò putantur. Respondemus nihilofecius cum Apostolo, in I. ad Thessal. V, 21. *Omnia probate, quod bonum est retinete* : & cum autore (R. Nathan Babylonio) פְּרָקֵי תוֹב הוּי מִתַּחֲמֵם כְּנֶגֶד אֹרֶן שֶׁל חֲכִימִם וְהוּי זְהוּר cap. 3. אבות *Calefacias te ad ignem sapientum, sed cave à prunis ipsorum, ne fortè aduraris*. Ac tantum quidem de Dignitate, necessitate atq; utilitate Rabbiniſmi,


Jam, Lector benevole, ut ut (fateamur) Usu atq; exercitatione rectius item ac præsertim Rabbiniſca addiscuntur: manet nempe שלטון על כל דבר שלטון *Uſus (exercitatio) omnibus rebus dominatur*: & הרגל יעשה אומן *Uſus facit artificem*: at tamen, en tandem post Ebræa, Chaldæa, Syra nec non Arabica, PRÆCEPTA etiam, qualia qualia, gramm: RABBINICA, expectata diu ipsi mihi à quoquã alio potiùs in hac palæstra magis exercitato: ac porrò illa seorsum quidẽ, at verè in unâ tamen semper & perpetuâ cum superioribus, Ebræis, Chald. Syris, &c. vicissim Pan-harmonia. Id quamobrem & cui fini, alibi jam diximus, atq; actum agere hîc nolim. Illud fortè tuâ scire interest: quæ & qualia illa intelligamus Præcepta hæc nostra? Atq; hîc B. L. ante omnia, (ut ex parte suprâ jam dictum) Rabbiniſmum animo tibi concipias lernam tanq. plurium & lingvarum & auctorum scriptorumq;: ac diversissimorũ quidem eorundem, quantum sermonem & stylum. Ac certum sit nobis, instar certioris aut Canonis cujusdam: Quo majore temporis intervallo à Biblijs Ebr. Vet. Canonis s. Instrum. obſignatis, item & nominatim Daniele & Efrâ distant populus Judaicus, lingua hujus, ejusdemq; Doctorum scripta publica, eò impurior ab Ebraismo & Chaldaismo puro (matribus Rabbiniſmi!) fluit quoq; sermo & stylus eorundem. Recolliges hîc & confer fodes, L. B. superius allegata Scripta paululùm inter sese: Targumim singula: Talmud ipsum, & Mischnam cum Gemarâ, & hanc cum illâ: Tannaim, Amara-

rajim,

rajim, Seburajim, Geonim, ut vocari amant, Judeor: Peruschim
deniq; & Medraschim eorundem. Veraq; experieris dicta modò
suprà. Omnium horum adeoq; habenda ratio fuerit (sic est, cer-
tè) ei, cui libido est, conscribendis Præceptis Rabbincis operam
dare. At quoto, fodes, cuiq; & hac in parte datum est Corinthum
hanc adire. **היום קצר והמלאכה מרובה** *Dies quippe brevis, Opus
verò multum*, attestantibus vel ipsis Ebr. Sapientibus. Quocirca
minutula hæc nostra atq; extemporanea ferè boni cōsules, L. B.
donec (vel undecunq;) meliora. Notes & hæc quoq; (si placet)
antequam dimittaris hinc, instar certioris aut Canonum quo-
rundam quodammodò, seqq. nempe: I. Targumim puritate,
impuritate, stylo, &c. multum inter se se differunt. II. Omne
Talmudicum est etiam Rabbincum: sed non contrà, quicquid
Talmudicis in usu est, etiam statim & semper Rabbinis. III. Tal-
mudicus stylus (Syriacismo seu dialecto Jerosolymitanæ propior
utcunq;) omnium difficilimus est, maximè in Gemarà: modus
commentandi mixtus est ex omnibus quinq;, de quibus mox.
IV. Scripta Rabbiorum item diversissima sunt, pura magis,
impura, &c. In communi stylus eorundem nunc concisus & ab-
ruptus, nunc fluidus magis & luxurians est: frequentior hic ta-
men. V. Modi commentandi Rabbinis Quinq; sunt ferè: 1. Bre-
vior & textualis. 2. prolixus nimis. 3. medius. 4. allegoricus. 5.
Cabbalisticus. Prior & tertius (suo modo quintus) probantur:
minus reliqui. Undè Karrai sive Karaitæ (**קראים**) textuales. (2.)
prolixi admodum. (3.) Paraphrastæ seu cōmmētatores. (4.) Me-
draschim. (5.) Cabbalici seu Cabbalistsæ: VI. Imperitia analogiæ
Grammatices sive lingvæ S. Ebrææ, item Chaldææ, vel certè in-
solens earundem abusus & licentia prava non rarò apud Rabbi-
nos vulgares introduxerunt nova ac mōstrosa in stylo plurima,
distantia *δύς δια πάσων* à puritate lingvæ Ebrææ & Chaldææ. Ex-
empla passim sunt obvia. VII. Biblia Veneta (superiora) impu-
ritate etiam multum differunt à sequioribus editionibus & mo-
dernis, præsertim Basileensi Cl. Buxtorfij. VIII. Scripta Rabbinnica
sunt difficiliora textui Biblico punctato, varijs de causis: 1. pro-
pter

pter absentiam punctorum diacriticorum, Vocalium, טֵסֶּוּא, da-
 gesch, accentuum distinctivorum adeoq; subdistinctionum, &c.
 2. propter Abreviaturas, quas vocant, sive נִרְ frequentius adhi-
 bita. 3. Stylum peculiarem, mixtum, perplexum, sæpissimeq; im-
 purum & obscurum. 4. adeoq; Voces novas, peregrinas, earun-
 demq; formas inusitatas aliàs inq; textu Biblio minimè extan-
 tes. 5. Loca biblica citata sine libro, capite & versiculis, iisdemq;
 scripta literis, haud à textu Rabb. diversis &c. IX. Rabbinismo
 addiscendo inservient interim utiliaq; sunt præter Præcepta
 quædam, (1.) Abreviaturæ. (2.) Lexicon Rabbinicum. (3.) Con-
 cordantiæ Bibl. Ebr.; qualia habemus singula & omnia ex edit.
 Cl. Buxtorfij, utriusq; X. demùm, in nostris præceptiunculis,
 latitudini adeò inserviendum fuit Targumici, Talmudico-Rab-
 binici styli; non æquè addito semper hoc discrimine: attamen
 nonnunquam; item, tres litteras מִן, matres quondam lecti-
 onis, retinui ego quoq; aliquando, unà cum additis punctis &c.
 & sic porrò, Postremò, sicuti superioribus, Ebræis, Chald. Syris,
 Arabicisq; Præceptis, ita (spero haud vicissim extra usum suum)
 additum à me etiam hîc Compendium Lexici seu Dictionarij
 cujusdam Rabbinici: hoc nostrum compilatū ex majore Chal-
 daico, Talmudico & Rabbinico Cl. Buxtorfij; methodo & rati-
 one eadem, quâ reliqua: unde pluribus supersedeo hac vice;
 hoc saltem notato; Radices plerasq;, derivata pauciora, at no-
 tabiliora, adscripsi (ecquis enim vellet aut posset omnia?) omis-
 sa à me item, ut plurimum, purè Ebræa & Chaldæa, alibi scil. pro-
 posita jam, peregrina sic, maximè Græca & Latina, item, nomi-
 na propria, &c. Radices vel themata carentia punctis designant
 thema vel in Conjug. prima nō in usu esse, vel significata ejus ad
 diversas earundem pertinere formas. Consule, si placet, verbo,
 superiora. מלש מלש L. B. Scrib. præproperè. Wittenber-
 gæ. Calend. ipsis Martijs cב Ibc LXVI.

ANDR. SENNERTUS, P.P.



ⲀⲚⲨⲔ

RABBINISMI,

b. e.

GRAMMATICÆ
RABBINICÆ

LIBER I.

De

ETYMOLOGIA.

CAPUT I.

De

Rabbinismi rectâ Lectione.

I. Literæ Rabbinis (ⲀⲚⲨⲔ di- *Litera.*
ctæ ipsis) eadem sunt cum Ebræis &
Chaldæis: figura tamen plerumque
exilis magis & rotunda est, variaque
pro conditione scribentis: hoc fere
modo:

A

Ebr.

Ebr. Rabb.

Ebr. Rabb.

א	ב	כ	ד	ה	ו
ז	ח	ט	י	יא	יב
יג	יד	טו	טז	יז	יח
יט	כ	כא	כב	כג	כד
כה	כו	כז	כח	כט	ל
מ	נ	ס	ע	פ	צ
ק	ר	ש	ת	י	י

[Malè citog₃ pictis fictisq₃ literarum no-
tis condonabis hac vice, L. B.]

Annotationes.

1. Literis purè Ebraïis vel Chaldæis & ipsi utuntur nonnunquam (rariùs licet) Rabbini; præsertim in exscribendo textu Biblico.

2. Altera figurarum, Ebrææ propior, usita-
tior est; Judæis Italis, Hispanis, Gallis recepta : al-
tera præsertim Germanis. N & 7 non rarò etiam
connectuntur, hoc modo: 6 vel 6 pro 7N.

3
3. Finales literæ & ipsæ heic sunt:

ך ף ן ם ן

Quarum Caph, Nun & Tsade non adeò differunt quandoq; inter se: maximè in m. scr.

4. Potestatem sive Valorem literarum quod attinet, variant in quibusdam Rabbini. V. gr. ך pronunciant ut ך , gn. ut: ךבורא *gneburab*: ן reticent inter pronunciandum, ut: ןכהן *Coën*: ן proferunt ut ןה, ut: ןהן *ben*: ך per ך exprimunt, ut: ןבגאר *pro בער*: ק ut q. Latin. efferunt; יעקוב *Jaaquobb*. Porro simplices literas non raro ut geminatas efferunt, & contrà. ut: ןמעטור *maasse*, ןהשם *afem* &c.

5. De Scriptura demùm Ebræo-germanicâ Rabbiorum, sive potius Judæorum hodie-recentiorum germanorum, vid. infra sub finem Lib. II. Appendicem peculiarem.

I I. Vocalia puncta Rabbini ^{2. Vocales.} (ן vel ןקורר dicta ipsis) ut plurimum literis adscribunt nulla: quemadmodum & reliqua puncta, omnia, singula. Cæterum juvant ap. ipsos Lectionem rectam: 1. ac præsertim

A 2

Ufus

4

Usus atq; analogia. 2. non rarò literæ
 א ו י : quæ & ipsæ censentur primitivè
 & olim stetit loco vocalium :
 אָמַר אָמַר אָמַר *Matres lectionis* ideò
 dictæ. Quorsum referunt quidam
 in textu sacro ipso punctato, rudera
 tanquam residua quædam, hæc : אָמַר
piscis, Nebem. 13, 16. אָמַר *surrexit, Hof.*
10, 14. similiaq; his alia. Unde hodieq;
 apud illos (Rabbinos) Aleph subin-
 nuit nonnunquam א (א & -) Jod E &
 I (..) (י .) & Chireck utrumq;. Vau
 deniq; ו & וּ (וּ & וּ) Ut : אָמַר
 pro אָמַר *turpitude*, אָמַר pro אָמַר
purus, אָמַר pro אָמַר
expositio, אָמַר pro אָמַר
possibile, אָמַר pro אָמַר
eris, אָמַר. Imò Jod & ipsum Scheva,
 & simplex & compositum. Ut : אָמַר
 pro אָמַר *opus, factum*, אָמַר
 pro אָמַר *homo*, אָמַר pro אָמַר
super eos, אָמַר.

Anno-

Annotationes.

1. Cautè itaq; videndum, an literæ אָוִי stent loco vocalium, an minus, &c. Quod Analogia commodùm suggerere poterit.

2. Vau & Jod geminantur non rarò: atq; h. m. innuunt Vau vel Jod non stare loco vocalis, sed Consonans esse, idemq; mobile, cum vel sine Dagesch forti. Ut: יוון pro יוון *Græcia*, כוורא pro כוורא *piscis*, גוון pro גוון *color*, בנין pro בנין *structura*, דיין pro דיין *judex*, &c. Sic Vau ab initio: ut: וורד pro וורד *rosa*, ut hoc modo אַו copulativo dignoscatur: & Jod in fine: רגליי pro רגלי *pedes mei*, ad differ: רגלי *pes meus*, &c.

III. Sva sive Scheva, ut apud 3. Scheva. Chaldæos (vid. suo loco) quiescit etiam post vocalem longam: ut: אַט: בלשׂאצַר *Belschatsar*, &c. *petitio*, אַט: ביתא *domus*, עינין *oculi*, הוּיָה *fui-sti* &c.

Præterea notetur & id h. l. obiter q. Idem, Sva, heic atq; aliàs (alibi) assumit non rarò potestatem vel sonum

vocalis immediatè subsequenti:
 adeoq; non tantùm e brevissimum
 refert, juxta vulgarem sententiã, sed &
 a, i, o & u raptam. Ut: כנען *Canaan*,
 פלשתים *Philistai*, סדום *Sodom*, רובן *Ru-*
ben &c. Sic, apud Syros: v. gr. in
 Ἰσραὴλ σαβαχθάνι, *Matth.*
27, 46. Imò reperias citra respe-
 ctum vocalis subsequenti: Ἰσραὴλ
 Ἰσραὴλ κῆμι, *Marc. 5, 41.* Ex quo ap-
 paret, non habere idem proprium so-
 num, adeoq; Vocale punctum non
 esse: excogitatum idem in gratiam,
 syllabæ compositæ. Vid. & conf.
El. Levite, Kimchi in Michl. Balmes,
Reuchlin. P. Martin. Cevaler. Veigan-
meir, Dieu, &c.

A. Dagesch. IV. Dagesch utriusq; eadem heic
 ratio est, quæ Ebræis & Chaldæis.

Anno.

Annotationes.

1. Dagesch forte & characteristicum & compensativum non rarò, etiam in punctatis codicibus, maximè in Targum Bibliisq; Venetis, securè nimis & vitiosè planè omittitur.

2. Loco Dagesch (fortis) utriusq;, venit aliquando (rariusculè) litera Vau, sæpiusculè Jod. Ut: סוּבַר pro סִבַר *portavit, sustentavit*, תּוֹחִית pro תּוֹחִיר *deturbabis*, רִבַר pro רִבַר *locutus est*, שִׁיבַב pro שִׁיב *eripuit*, תּוֹחִיתִין pro תּוֹחִיתִין *descendes, &c.*

3. Idem (Dagesch) cum inscribendum literæ Vau vel Jod, venit pro eo non rarò geminatum וּו vel וּי, ut supra ex parte dictum, *Membr. II. ann. 2.* ut גּוּון pro גּוּון *coloravit, colore tinxit*, רִיין pro רִיין *judicavit*, חִיבַב pro חִיב *condemnavit, &c.*

V. Quiescentes literas אַוּוּ heïc, (extra analogiam communem) introduxerunt non rarò puncta Vocalia, in illarum literarum (vicariarum vocalium) deinceps locum substituta, hisce & ipsis literis malè relictis. Atque omninò debebant tolli antè hæc, ad normam Danielis & Esræ, (quemadmodum in Opere Basileensi à Cl.

5. *Litera Quiescentes.*

Bux-

Buxtorfio factum plerumq;) quando puncta vocalia adscribuntur. Unde adeò varia sæpissimè & irregularis illa in Codicibus punctatis, maximè Venetis, scriptio lectioq;. v. gr. *stans*, קאם & קאם / פקרתין & פקרתין / פקרתין, *sedit*, יתב & יתב, *interficiam*. אקטור & אקטור pro ביסרנא ex בסר ex *caro*, ארנא vel אורכנא pro ארנא ex ארנא *longitudo*, מיפדו pro מפרו *percussus*, אינשנא pro אנשנא *homo*, &c.

6. Virgula.

VI. Notandæ & hoc in loco observandæq; Virgulæ, seu una vel simplex seu geminatæ vel duæ, sententiis, vocibus vel literis obliquè interpositæ aut superimpositæ: incisa sive subdistinctiones quæ faciunt, vel numeris exprimendis inserviunt, vel ראשי תיבורא sive Abbreviaturas, quas ita vulgò vocant, (de quibus mox) insinuant, vel deniq; aliud quid.

7. Abbreviatura.

VII. Abbreviaturis, ita quas vulgò vocant barbarè (ראשי תיבורא) præ-

9

præsertim dictis ipsis) compendii loco inter scribendū utuntur creberri-
 mē quoq; Rabbinī. De quibus suo
 loco. Sunt hæ vocanturq; Propriæ a-
 liæ, aliæ improprie, sive perfectæ vel
 imperfectæ. Propriæ, quando duæ vel
 plures literæ initiales in formam Vocis
 conjunctæ, duobus supernè apicibus
 vel virgulis notatæ, Voces integras sin-
 gulas repræsentant: ex gr. ה. ה. e.
 ראשי תיבורא *capita sive principia Dictionum*,
 הקדוש ברוך הוא. i. e. *sanctus
 benedictus ille*, scil. *DEUS*. Impropiæ,
 quando una alterave litera in fine vo-
 cis alicujus negligitur, virgulâ obliquâ
 summitati ultimæ literæ, adfricatâ: ex
 gr. אמ' pro אמר *dixit*, וא' vel ואמ' pro
 ואמר vel ואמרו *dixit*, (*dicit*) vel *di-*
xerunt, (*dicunt*) וגו' pro וגומר *reliqu-*
um, *cetera*, vel וכו' pro וכולי *omnia*,
cetera. Quorum illo utuntur,
 quando locum Scripturę S. citatum
 abrumpunt, hoc, quando aliàs senten-
 tiam

tiam quancunq; , &c. Vid. de hisce aliisq; similibus , post Münsterum , Schindlerum &c. præsertim Cl. Buxtorf. in *pecul. lib. de Abbreviaturis, &c.*

8. Nomina divina.

VIII. Deniq; Nomina divina : יהוה / אלהים / אלהי superstitiosæ pietatis cujusdam ergò , ut ne profanentur fortè quocunq; modo (scilicet) corrumpunt ipsimet scribuntq; : ה τω יהוה utrinque mutilato vel in ה conuerso (Rabbini vulgares) sic אלהים , ה τω vice versâ prolongato vel in ק conuerso, & in plur. אלהים vel item אלוהים : sic & cum affixis : אלהינו / אלהינו *Deus ejus, Deus vester, &c.* Rabbini vicissim, Talmudici DD. itemqve Targum in Legem, &c. De cetero, de scriptione nominis יהוה compendiariâ ejusdemq; periphrafi varia vid. alios, alibi.

CAP.

CAP. II.

De Accentibus.

Accentuum notas (עָוֶה pl. עָוֶהִים *Accentus.*
gustus, sapor dictos Rabbini, quod O-
 rationem condiant veluti sapidamque
 reddant &c.) Targū Onqueli in Legem
 admittit, ut textus sacer ipse: in reliquo
 toto Targum sive Paraphrasibus singu-
 lis accentuum notę desiderantur, extra
 Sophrafuk. Similiter Rabbini illos
 prorsus negligunt, extra finalia item
 duo illa puncta, Sophrafuk dicta.

Tonus plerumque est in penultima
 syllaba.

CAP. III.

De
Affectionibus Vocis communibus,
 &
Ejus Divisione.

1. *Partes*
Orationis.

I. Partes Orationis Rabbinici tres agnoscunt: פֶּעַר vel פֶּעַר *Verbum*, שֵׁם *Nomen* & מְלִי / מְלֵי plur. מְלֵי vel מְלֵי *Dictiones* vel *Particulas*, scil. indeclinabiles & consignificativas.

2. *Affectio-*
nes.

II. Affectiones Vocum communes, imò speciales etiam quod attinet, adeoq; universum seu sermonem sive stylum, Rabbinici sæpenumero puro putato utuntur Ebraismo vel Chaldaismo.

3. *Litt.*
Rad. &
Servil.

III. Literas *Radicales* שְׂרִיטָה *Serviles* שְׂרִיטָה vocant. Atq; harum agnoscant XIII. Usitatis ipsis Ebræorum undecim annumerantes Chaldæorum 7, & præterea Talmudistæ litterarum ק.

IV. Litera 7 & heic nempe, ut apud

pud Chaldæos & Syros, fervilis est. ך̄ & ipsum verò Talmudicis nonnunquã servit: maximè junctum literę ך̄. ut: קאמר *dicit*, דקאמר *qui dicit*. Quo de pluribus infra *Cap. VI. de Pronomine & Cap. VII. de Particulis*. De ך̄ item vide infra *Cap. VII. de Particulis*.

V. Circa Originem Vocum, ma- 4. *Origo.*
ximè derivatarum, notetur in genere: non tantùm ex Orientalibus lingvis Ebræâ, Aramæâ, Arabica &c. sed etiam Occidentalibus, v. gr. Græcâ, Latinâ, Europæis aliis &c. desumere; imò nova planè fingere non rarò sibi vocabula Rabbinos; donata civitate suâ: nec illa à Verbis tantùm (ut plerumq; aliàs fit apud Orientales) sed etiam sæpiusculè Nominibus & Dictionibus sive particulis. Ut: ab Ebræâ rad: לבן / לבן *albuit* fit ipsis לבן *pudescere*, *cõfundere*, *schamroth machen* / ex סרים *eunuchus*, fit inusitatum aliàs סרים *castrare*,

ab איך *quomodo*, איכור *qualitas*, à בין
inter, בינוני *intermedius*: ab Aramæo
 סבר *cogitavit*, עִבְרִית *existimavit*,
 סְבִירָה *opinio, sententia*: ab Arabico
 أفق *plaga mundi, horizon*, אופק *hori-*
zon; ex Arabico & Persico أول *primus,*
principium, אור & אורל *initium, prin-*
cipium: sic פּרסי *persicum*, (ex Perside)
malū: ex Græco εἶσα fit אוסיה *essentia*,
 ανθρωπος *homo*, ex αρχων
 ארכון *princeps*, ex ηγεμων *dux, epi-*
scopus, & ex hoc ηγεμονια *præ-*
fectura, episcopatus: ex ευγενης
 אוגינוס *generosus*, & ex hoc superl. ευγενεσας
 אוגנסטו: ex Latino: *Dux* דוכוס, ex *cala-*
mus (scriptorius) קולמוס, ex *donati-*
um, דונטיבון & דונטיבנה *ex stativa*
 (plur.) *statio*, סטטיבנה & סטטיבנה
 & porro *stationarius*, סטטיבנר &c. Ex
 utroq; fere: אηρ, aer אנגל *angelus*,
 ευαγγελιον *euangelium*, אנגליון
 (quod per contemptum ipsi, divisâ vo-
 ce scribunt און גליון q. d. Iniquitatis re-
 vela tio

revelatio) אֲסִפְרָמְקִין, *εὐγυλα, uncia*, אֲנִיפָא, *φάρμακον, pharmacum*, אַנְטִיפָטְרוֹס, *ἀντιπατρεις, Antipatris, nom. urbis.* Nova planè sunt Vocabula fere: v. gr. אִפָּא / אִפָּא *est, sunt*, לִיפָּא *non est, non sunt*, דָּבִיד *docuit, item didicit.* מִפָּשׁ *aliquid, simplex, certum*, מִפָּא *civitas, locus*, אִבִּי *in, inter*, לְחֵד *tantum, tantummodò, seorsim, etiam*, אִי / אִי *ut, juxta, &c. alia sexcenta.*

Annotationes.

Nova præterea, quantum sensum five significationem, technica præsertim, sunt v. gr. הַלְבִּין (V. suprà) *confundere, pudefacere, schamroth machen* / quod aliàs significat, *albuit, dealbuit*, אֲוִתִּיּוֹר *literæ, consonantes*, אֲוִתִּיּוֹר *idem*, item *persona, aliàs corpora*, אֲוִתִּיּוֹר *nummi, pecunie, opes*, aliàs *sanguines*, אֲוִתִּיּוֹר *modi, forma, persona, cæteroqvi facies, &c.* Technica præsertim, hisq; affinia, v. gr. שְׂרֵשׁ *tbema, primitivum*, aliàs *radix*, אֲוִתִּיּוֹר *accentus, aliàs gustus*, מִלְּעִיר / מִלְּרַע *vox penacuta, acuta*, קָרִי / כְּתִיב *lectum, scriptum, scil. Variantes lectiones Bibl.* אֲוִתִּיּוֹר *Albam*, אֲוִתִּיּוֹר *Atbbasch, Cabbalæ species duæ, בְּרֵאשִׁית, liber Creationis sive Mosis primus, vulgò Genesis*, item *Commentarius in illum, &c.* אֲוִתִּיּוֹר / אֲוִתִּיּוֹר *liber contradictiūs in genere, in specie libellus repudiū, Scheidebrieff/*

Briefff/ ita dictus, quod constet duodecim tantum fere lineis &c. & infinita hisce similia alia, quæ Usus suppeditabit quotidianus.

VI. Nec tantum circa Originationem Vocum in genere hoc notandum, sed præterea id etiam atq; in specie: Vocū (Verbi, Nominis, &c.) formis & inflexionibus gaudent & utuntur Rabbini sæpissimè peculiaribus, novis & inusitatis planè (vel rarò) cum aliàs in sermone Biblico, tum analogia ipsa Orientalium reliquarum linguarum. Quâ in re Rabbiniſmi, vulgaris maximè, non minor sita pars est. Unde adeò parum nonnunquam de hac (analogiâ) laborant (sive per incitiam & oscitationem quandam, vel certè insignem & insolentem abusum apud alios aliosq; id fiat) atqve egregiè porrò affectiones vocum quasvis confundunt, novasharum comminiscuntur formas, ac tantum non licere sibi quidvis existimant. Testetur experientia,

entia, & subsequens tota rei tractatio. Præterquam enim, quod v. gr. Statum absolutum, Talmudistæ præsertim, cum constructo sæpe commutant, & contra, numerum cum numero, genus cum genere, &c. quo de suo loco: Singularem ex gr. præsertim atq; Pluralem adhibent inusitados planè sermoni Biblico. ut; לְבוּשָׁה *vestimentum*, ab Ebr. masc. לְבוּשׁ tantum usitato ipso, בְּיָצוּר *osum*, ab Ebr. plur. masc. tantum usitato בְּיָצוּרִים *juventus*, à plur. tantum בְּעוּרִים *pueritia*, *juventus*, *adolescentia*, כְּתָרִים vel בְּתָרִין *corone*, *coronule* à singul. tantum כְּתָר *corona*, מִיָּבֵיט *species*, item הֵרֵטִים à singul. מִין *species*. Sic: זוג & זוגִים *par*, *jugum*, plur. זוגִין & זוגֵרִים *paria*, *juga*, extra usum hæc planè sermonis Biblici. Et sic in plurimis, nisi infinitis, aliis.

VII. Iterum, atq; in specie: Literas serviles in radicales commutant

C

quoc;

quoq; , & adeò illas præformantes in
 radicalium substituant locum: ex de-
 rivatis sic alia derivata, imò radices
 quasi Verbales constituentes, pro arbi-
 trio suo. Ut: ex התחלה *initium, prin-*
cipium, à rad. Ebr. in Hiphil usitatâ
 התחיל *incepit*, fit ipsis Verbum aliud in
 tertia conjugatione, literâ ת affirmativa
 in radicalem conversâ, התחילת
incepit, exorsus est, in Futuro, אתחיל
incipiam, in Participio, מתחיל *inci-*
piens, & ex hisce Nomen iterum a-
 liud, התחלה *initium, principium*. Sic ex
 מסכן Ebræo, *pauper, egenus*, à rad. סכן fit
 ipsis, מ heemantico converso in radi-
 calem, מסכן *pauperem reddere, ad pau-*
pertatem redigere, & אתמסכן *depaupera-*
ri, pauper, inops fieri, &c. Sic à Chal-
 dæo: משכון *pignus*, fit משכן *oppignerare*,
 מתמשכן *pignus accipiens, creditor*,
 אתמשכן *oppignorari, &c.* Ac videri possent heic
 Rabbini, nisi aliàs quoq; essent nimis
 quâ: n

quàm profusi hac in parte, ex auctoritate hæc atq; talia fingere Codicis Bibliici : qui ex יהודי *Judeus* facit יהודי *judaisare*, vel מְיֻדָּיִים *judaisantes*, *Esth.* 8, 17. Simile quid tradit etiam de voce מֵרָא *dominus, magister* Schindlerus in Lexico, h. l. quæ sit ex Ebræo מֵרָא *doctor*, אֲרָא / הִרָא *docuit*, &c.

CAP. IV.

De Verbo.

I. Verbi ratio atq; inflexio per omnes Conjugationes, diatheses, tempora, &c. eadem hic quidem est, quæ apud Ebræos, maximè verè Chaldæos. Qui ipsi, posteriores præsertim, videnti adeò h. l. omninò consulendiq; . Cæteris tamen, quod dicitur, paribus, & observatis observandis fere sequentibus.

II. Targumici propiùs accedunt plerumq; , (sicubi & ipsi aliàs non re-

C 2 cedunt

cedunt à communi analogia) ad Ebraismum, vel rectius Chaldeismum : minus Talmudici & Rabbinici vulgares, qui scilicet sæpissimè hinc recedunt longius.

III. Ebraeam & Chaldaicam formas, & contrà, in codicibus punctatis commiscet sæpe inter se singuli. Ut: Peal Præter. sing. tertia foemin: פִּקְרָה / secunda mascul: פִּקְרָה / prima comm: פִּקְרָה. Plural. tertia mascul. פִּקְרוּ / foeminin: פִּקְרוּ. Passiv. Ithpeel Præter. פִּקְרוּ Futur: יִתְפַּקְרוּ &c. & sic alibi.

IV. Sæpiusculè confusa & vitiosa planè, maximè apud Targumicos inq; Veneticis, absq; omni ratione & contra omnem analogiam, adhibetur forma: ad regulas frustra quas quidem adstrinxeris legesq; præceptionum quarundam : usu itaq; observandas potiùs. Quo de jam suprà aliquid Cap. III. m. 6. Ut : Præter. sing. tertia foem. פִּקְרָה &c. secun-

secunda mascul: פְּקָרָה / פְּקָרִית &c.
 prima comm: פְּקָרָה / פְּקָרִית &c. Et
 sic alibi, in aliis temporibus, perso-
 nis, &c. Ut: קָרִיבוּ pro קָרִיבוּ *accedite*,
 עֲרוּקוּ pro עֲרוּקוּ *fugite*, &c. Etiam in
 Verbis imperfectis. Testetur expe-
 rientia.

V. Secunda radicalis in specie heic,
 vicissim apud Targumicos inq; Vene-
 tis maximè, in quarumcunq; Conjugationum
 Præteritis (præsertim in singul.
 tertia foem. & prima communi, nec
 non plurali tertia utriusq; generis, imò
 alibi etiam) sæpissimè Kamets habet a-
 matq; Ut: פְּקָרָה foem. פְּקָרִית prima
 commun: פְּקָרִית plur. tertia masc. פְּקָרוּ
 foem. פְּקָרִית Particip. plur. פְּקָרִין Paël:
 בְּקָרוּ *inquisiverunt*, זָמְרוּ *psallite*, &c.

VI. Terminations in Tsere,
 Chireck utrumq;ve, Cholem frequen-
 tissimæ item, atq; indifferentes penè,
 heic sunt in plerisq;ve temporibus,
 imò & temporum personis, ma-

nentibus scil. ipsis illis ibidem non raro. Testetur experientia. Ex gr. בטלה *cessavit*, pro בטלה *cessavit*, קרבה pro קרבה *accessit*, ריתו *expello*, תרבה pro תרובה *contremuerunt*, סליקא *vastati sunt*, חרובו *ascenderunt*, שלטא *dominatae sunt*, שאלנא *interrogavimus*. Sic : עביר & עביר *fac*, ינתן pro ינתן *dabit*, יכל pro יכל *potens*, &c.

De Passivo in genere.

VII. Litera א syllabę characteristicae א mutatur aliquando in Nun: maximè in Conjugatione secundâ: quam sive formam sive Conjugationem ideò quidam ex Ebræorum Niphāl & quartâ eorundem Hithpâel conflata[m] volunt, & pro peculiari & novâ habent, ac proinde *Nithpâel* vel *Nithpeâl* vocant. Sic ex קיסר *Cesar* fit בתקסר *Cesar factus est*, ab הפך *vertere*, *convertere*, ברהפך *conversus est*, א רצו *vel*

vel *placare*, רָצוּהַ *placari*, à כָּפַר
expiare, נִתְכַּפֵּר *expiari*, ab אָנָּה *decipere*,
 נִצְטוּרָה *decipi*, à צוּהַ *precipere*, נִצְטוּרָה
precipi, &c. Talia sunt in Codice E-
 bræo quoq; , unde videntur ad horum
 similitudinem fortè petita illa : נִכְפַּר
 pro נִשְׁתַּכַּפֵּר *expiatur*, Deuter. 21, 8. נִשְׁתַּוָּה
 pro נִתְשַׁוָּה *æqvatur*, *æqvialis est*, Pro-
 verb. 27, 15. &c.

VIII. Litera ת & ipsa syllabæ cha-
 racteristicę אָת (per omnia tempora)
 accipit non rarò dagesch euphoni-
 cum: quod quidem fit in Verbis quie-
 scentibus & defectivis primâ & secun-
 da radicali. Ut אָתָּמַר pro אָתַמַר *dici-*
tur, אָתָּוּסַף pro אָתוּסַף *additus est*, אָתָּחַרַץ
 pro אָתַחַרַץ *deductus est*, אָתָּקַם / אָתַקַם / אָתָּקַם
erigi, אָתָּעַר / אָתַעַר / אָתָּעַר *introdu-*
ci, &c.

IX. Litera ה syllabæ characteristi-
 cæ אָה (per omnia tempora) abjicitur
 nonnunquam, etiam nulla sequente
 simili

simili vel cognatâ literâ, & compensatur pro more per dagesch forte. Ut: אָנִיב pro אֲתָנִיב *furto ablatum est*, אֲפָתִיב pro אֲתָפָתִיב *scriptum est*, אֲתָקְרִי pro אֲתָקְרִי *legitur vel lectum est*, מִתְחַיֵּב pro מִתְחַיֵּב *reus factus est*, מִרְבִּי *educatus est*, &c.

Annotationes de א, ן, ף paragogico.

1. Ubi in Ebraismo est ה paragogicum, heic atque alibi frequenter א pro eo adhibetur. Ut: אֲקַטְלֶנּוּ pro אֲקַטְלֶנּוּ / אֲקַטְלֶנּוּ pro אֲקַטְלֶנּוּ *inficiam*, אֲמַבְנֶנּוּ pro אֲמַבְנֶנּוּ *adificare*.
2. Nun & affirmativum & paragogicum, praesertim in personis finitis ו & י, hic frequentissimum est. Ut: affirmativum: אֲפַקְדוּן / אֲפַקְדוּן; paragogicum: אֲפַקְדוּן; *contremuerunt*, אֲשַׁמְעוּן, *audi*, foem. אֲשַׁמְעוּן *audite*, אֲתַעְבְּדוּן *facies*, אֲתַקְטְעוּן *succiduntur*, &c. Quorum prius Talmudici abiciunt nonnunquam. Ut: אֲפַקְדוּן pro אֲפַקְדוּן &c.
3. Jod paragogicum (praecedente Tsere) & hic locum obtinet non rarò, maximè apud Talmudicos. Ut: Infnit. Conjug. 1. אֲקַטְלֶנּוּ *occidere*, אֲכַוְּפֶנּוּ *colligere*, Conjug. 2. אֲשַׁקְלֶנּוּ *ponderare*, Conjug. 3. אֲכַרְוּנֵנּוּ *proclamare*, &c.

CONJUGATIO I. ACTIVA, PEAL.

Habet se hæc ut in Chaldaismo: *ut* *Formatio*
suprà dictum. Vide illum omninò. *Verbi spec-*
Observatis quidem observandis. *cialis.*

Annotationes.

Ad Præteritum.

1. Prima singularis hæc, atq; in reliquis Con-
jugationibus, frequentissimè etiam desinit in
תּ. Ut: פִּקְרִית / פִּקְרִירָה / אֶת־פִּקְרִירָה &c.
Et littera תּ syllabæ affirmativæ à Talmudicis
non rarò abjicitur. Ut: פִּקְרִי pro פִּקְרִירָה /
שָׁמְעִי pro שָׁמְעִירָה *audivi*, &c. Sic & Chirek si-
mul & semel, in finitis תּ, א vel י. Ut: גִּלִּי vel גִּלְתִּי
revelavi.

2. Pro N affirm. tertix plur. fœm. est aliquan-
do Nun, alia tanq. nota generis fœm. Ut: נִמְרָן
dixerunt, נִמְרָן *elevaverunt*, הָיוּ *fuerunt*. Sic a-
libi etiam.

Ad Futurum primum.

1. In Targum Venetisq; sub primâ radicali, si
sit gutturalis, pro Scheva sæpe est Jod, cum Chirek
longo, vel Tserè, &c. Ut: אֵימַר *dic*, אֵיחֹרֵר *appre-*
bende, &c.

2. Prima radicalis נ, י & נ deest hæc perpetuò
fere. Conf. Chaldaism. nostr. p. 35. Ut: אֵבִי *abi*,

וְיָצֵא *veni*, רָעָה *scito*, דָּבַר *da*, שָׁמַר *serva*, פּוֹקֵד *egredere*, &c.

Ad Futurum secundum.

In tertijs personis utriusq; numeri, heic & in reliqvis Conjugationibus, loco Jod præform. est non rarò Nun, ex Syriasmò. Ut: יִשְׁלַח *expellet*; יִשְׁבֹּק *deserent*; יִדְרֹג *diligetur*; יִמָּוֶת *eraduent*, יִמָּוֶתוּ *morientur*, &c.

Ad Infinitum.

1. Alterutra litera character. ל vel מ non rarò deficit: unâ harum tantum adhibita sive ל sive מ Testetur experientia.

2. Mem characteristicum in specie sæpe excluditur, & litera ל postponitur Jod in Chirek quiescens. Ut: לִיכְתוּב *scribere*; לִידון *judicare*, &c.

3. Est & crebra heic terminatio Infinitorum, maximè in reliqvis Conjugationibus, in וּת vel וּ. Ut: אֶתְפַּנֵּעַ *erubescere*, לְכַפְּרוֹת *ad expiandum*; בְּאִשְׁלֹמוֹ *in complere vel complendo*, &c.

CONJUGATIO I. PASSIVA, ITHPEEL.

Habet se & hæc ipsa ut in Chaldaismo: ut suprà dictum. Observatis observandis.

Annotatio.

Confer, atq; refer huc omninò referenda quidem, quæq; dicta sunt in præcedentibus.

CON-

CONJUGATIO II. ACTIVA, PAEL.

Videndus iterum Chaldaismus, ut
suprà jam dictum. Observatis tamen
observandis.

Annotationes.

1. Dagesch characteristicum, ut suprà Cap.
I. ex parte monitum, maximè in Bibliis Venetis,
nimis securè sæpe omissum est.

2. Pauca quædam Verba loco Dagesch chara-
cteristici assumunt nonnunquam Vau-Cholem vel
Jod ex Syriasmò. Ut: סֹבֵר portavit, sustentavit,
סֹפֵק suffecit, suppeditavit, רִיבֵר locutus est, שִׁיבֵב e-
ripuit, &c. Conf. suprà Cap. I. membr. 4. ann. 2.
Syriasm. nostr. p. 42.

3. Ad hanc Conjugationem, ut alibi, perti-
nent quoque Verba quadrilitera: maximè illa, quæ
Syrorum more, formantur præposita literâ שׁ vel
ס. Ut: שִׁחַלֵּף immutavit, שֶׁעִבֵר servavit, סִגְלִיָּה
rotundus, orbicularis fuit, &c. Conf. *Syriasm. nostr.*
pag. 42. ann. 4.

4. In Infinito pro Kamets sub secundâ radicali
heic sæpiusculè etiam est (:) præfixo item, more
Syrorum, nonnunquam מ unâ cum ל. Ut: לְהִלְכֵי
& לְמַחְלֵי ire, ad eundem. Sic & in Passivo:
לְאַסְמֵי abscondi, לְאַתְחַבְּרוּ idem, &c.

CONJUGATIO II. PASSIVA,
ITHPAAL.

Videatur Chaldaismus, & hoc loco.
Observatis observandis.

Annotatio.

Vide omninò præcedentia iterùm.

CONJUGATIO III. ACTIVA,
APHEL.

Vide Chaldaismum: Observatis
iterùm observandis. Nota &, quod
character hîc usitatissimè sit *א*.

Annotatio.

Vid. iterùm, quæ annota sunt in præceden-
tibus, & h. l. observanda.

CAP. V.

De Nominè.

1. Forma.

I. Formas Nominum & nudorum
auctorumq; etiam h. l. Usus suppedi-
tabit quotidianus. Nec abeunt longè,
quantum illas, etiam hac vice Rabbini
ab Ebraismo & Chaldaismo. Videntur
tamen præ reliquis hæ esse usitatiores
(extra terminationes foemin.) nempe
quæ

quæ sunt formæ קָפַר &c. item, quæ in
Chirek longum vel potius Jod quod-
cunq; vel Nun servile exeunt. Ut:
יּוֹמִי *diurnus*, קָרִי *lectio, lectum*, וְיָבִי *justus*
עֲלוּ *laus, laudatio*, וְרִשָׁן *concionator*, &c.

II. Genus & hic cognoscitur, ut a- 2. Genus
libi. Fœminina sunt, atq; formantur: 3
Motio.

1. Ebræorum more, addito ה, ma-
ximè finita א. Ut: יְצִירָה *aurum*, יְצִירָה
creatio, בְּרִיאָה *creatura*, קְרִיאָה *lectio*,
קְרִיאָה *lectum*, נְבוּאָה *propheta*.

2. Literam ה, fœm. gen. notam,
frequentè hic præcedit Chirek lon-
gum, Cholem vel Schurek: ac ה non
rarò ipsum per apocopen abjicitur. Ut:
צְלוּ & צְלוּרָה *stergilinium*, נְגִילִי & נְגִילִי
precatio, מְלִכּוּרָה & מְלִכּוּרָה *regnum*, טִיבּוּרָה
& טִיבּוּרָה *lumen*, נְהִירוּרָה & נְהִירוּרָה *bonitas*, טִיבּוּרָה

3. Ultraq; forma Chaldæo-Syra,
simplex & emphatica & heic usitatisfi-
ma est. Ut: זְעִירָה & זְעִירָה *bona*, זְעִירָה
& זְעִירָה *parva*, חֲכָמָה & חֲכָמָה *sa-*
pientia, &c.

Annotationes.

1. Finita in Jod mobile quodcunq; se habent ut in Chaldaismo; vid. illum, pag. 53. ann. 3. Ut: זָכוּ *justus*, זְכוּתָא *justa*, נְכָרִי *alienus*, נְכָרְתָא *aliena*, מִצְרִי *Aegyptius*, מִצְרָתָא *Aegyptia*.

2. Finita in Jod quiescens, radicale movent, simplici assumptâ formâ foem. in נָ. Ut: יָאוּ *pulcher*, יְאוּתָא *pulchra*, צָדִי *vastus*, צָדִיתָא *vasta*, נְטִינָא *declinatio*: servili verò addunt literam ת nudè. ut: יוֹמִי *diurnus*, יוֹמִיתָא *diurna*.

3. Finita יְ servili assumunt syllabam ית. Ut: דְּרִשְׁנִי *concionator*, דְּרִשְׁנִיתָא *orator*, דְּרִשְׁנִיתָא *foemin*.

4. Foeminina finita in תָּא, quæ ex masculinis in י sunt, faciunt formam emphaticam in יתָּא / יתָּתָא / יתָּתָא vel יתָּתָא. Ut: רְבִיעֵתָא *quarta*, רְבִיעֵתָא / רְבִיעֵתָא *prima*, קְדָמִיתָא / קְדָמִיתָא *Aegyptia*, מִצְרֵתָא / מִצְרֵתָא *Judæa*, יְהוּדַיתָא *mulier*, יְהוּדַיתָא.

5. Adjectivorum numeralium motio, ut & reliqua tota ratio eorundem, ut aliàs fere, ita hic quoq; irregularis planè, & usu addiscenda est.

3. Declinatio Prima.

III. Declinatio prima per omnia similis est vel Ebræorum, vel (atqve præferrim) Chaldæorum: ut: גְּבֵר / גְּבֵרָא

גְּבֵרָא

גְּבִירִים *Vir*, plur. & גְּבִירִין *viri*, plur.
 קְדוּשָׁה & קְדוּשִׁין *sanctus*, plur. קְדוּשָׁה / קְדוּשִׁין
sancti. Nisi, quod forma emphatica
 heic nonnunq. definit etiam in אִי
 (per transpositionem nempe literarū,
 ex formâ Syro-Chaldæâ יֵא conf. Chal-
 dæo-Syriac. *nostr. p. 57. ann. 2.*) Ut: יְהוּדָיִם
 pro יְהוּדִים quod est pro יְהוּדִים
Judæi, קְדָמִים *primi, priores*, pro קְדָמִים
 quod est pro קְדָמִים Sic: מֵי עֲלִיּוֹת וְתַתִּיּוֹת
aqua superiores & inferiores. Quæ for-
 ma in Nominibus gentilibus perpetua
 ferme est. ut: עִבְרָיִם *Ebrai*, מִצְרָיִם *Aegy-*
ptii, עֲרָבִים *Arabes*, פְּלִשְׁתִּים *Philistæi*,
 סְדוֹמִים *Sodomita*, &c.

Annotations.

1. Masculina quædam formant & heic plura-
 lem numerū non tantūm ex declinatione primâ,
 sed etiam secundâ. Ut: קוֹל / קוֹלִים *vox*, plur.
 קוֹלִים / קוֹלִים *voces*, יוֹמִים / יוֹמִים *dies*, plur.
 יוֹמִים / יוֹמִים &c.

2. Quædam masculina & hic formant plu-
 ralem numerum ex declinationes secundâ, &c.

Ut:

Ut: אב / אבא *pater*, plur. אבין & אבותא *pa-*
tres, & סוסותא & סוסין *equus*, סוס.

3. Peregrina, maximè in σ vel f finita, alia
 nonnulla, abjiciunt non rarò ultimam literam.
 Ut: אפיקורוס *ἑπίκουρος*, *epicurus*, plur. אפיקורוסין
 & לסטיסין / לסטיס *λαῖσῆς*, *latro*, plur. אפיקורין
 פרגמטוטין / פרגמטוטוס *πραγματικὸς*, *pragmaticus*, pl.
 פרגמטוטין / פרגמטוטוס *πραγματικὸς*, plur. פרגמטוטין &c.

Secunda.

IV. Declinatio secunda & ipsa
 maximè facit cum Chaldæis: ut: חכמתא /
 חכמתא *sapientia*, plur. חכמן & חכמתא /
 חכמתא *congregatio*, *synagoga*, plur.
 בנישתא & בנישתין.

Terminata in ית. literâ ת pro mo-
 re abjectâ, faciunt ין in formâ emphat.
 זרעיתא & זרעין *familia*, זרעיתא: ut יתתא
 In ות vel ות (sic alia nonnulla) faciunt
 ין in formâ emph. Ut: מלכותא *re-*
gnum, plur. מלכין & מלכותא: Sic אריא *leo*,
 plur. אריותא & אריותא *leones*, רבוא vel רבוא *my-*
riades, רבין & רבין *myriades*, &c.

Annotationes.

1. Reperitur & forma plur. numeri quasi
 mixta (ex simplici & emphaticâ) in יתן Ut:
 בתולתא / בתולתא *virgo*, plur. בתולתין *virgines*,
 עלמתא *puella*, עלמתין *puella*.

2. Finita

2. Finita in אָה (ex masculinis in אָי) abje-
cto, & nonnunq. resumpto Jod faciunt יָן emphat:
יָתָא. Ut יהוּדִי *Judaus*, יהוּדֵא *Judæa* mulier,
plur. יהוּדִין & יהוּדֵתָא. Et נִ manente נְכַרְתָּה
aliena, נְכַרְתִּין & נְכַרְתִּין *aliena*, עַמּוּנָתָן *Ammoni-*
ta, &c.

3. Fœminina quædam & hæc formant plur.
numerum non tantum ex declinatione secundâ,
sed etiam primâ. Ut: אֶתְנָא *asina*, plur. אֶתְנָן
& אֶתְנִיָּא *asine*.

4. Quædam fœminina & h. l. formant plura-
lem ex declinatione primâ, &c. Ut: מַלְא / מַלְאָה
verbum, plur. מַלְיָן *verba*, שְׁנָא *annus*, & שְׁנִין
& שְׁנִיָּא &c.

V. Dualis numerus (rarior licet) 4. *Dualis*
& hîc desinit in יָן ut: רַגְלִין *duo pedes*: *nume-*
nisi quod rarò Jod ipsum geminetur, *rus*.
ut hoc modo â plurali dignoscatur eò
melius. Ut: רַגְלִין. Conf. suprâ *Cap.*
I. membr. 2. ann. 2.

VI. Casuum ratio eadem hic quo- 5. *Casus*.
que est, quæ Ebræis & Chaldæis. Vi-
de illos.

VII. Comparationis gradus eti- 6. *Compa-*
am non terminatione vocum, sed peri- *ratio*.
phrasticè efferunt.

CAP. VI.

De Pronomine.

1. *Integra.*

I. Pronomina Personalia, extra purè Ebræa & Chaldæa fere, hæc sunt hac vice:

Singularia.

			Gen.	Pers.
<i>Ego</i>	אֲנִי & אֲנִי	C.	1.	
<i>Tu</i>	אַתָּה & אַתָּה	C.	2.	
<i>Ipse</i>	אִיְהוָה אֱלֹהֵי & אִיְהוָה	M.	}	
<i>Ipsa</i>	אִיְהוָה אֱלֹהֵי & אִיְהוָה	F.		3.

Pluralia.

<i>Nos</i>	אֲנֵנו אֱלֹהֵינוּ & אֲנֵנו	C.	1.
<i>Vos</i>	אַתֶּם אֱלֹהֵיכֶם	M.	}
<i>Vos</i>	אַתֶּם אֱלֹהֵיכֶם	F.	
<i>Ipse</i>	אִיְהוָה אֱלֹהֵי אֱלֹהֵי	M.	}
<i>Ipsa</i>	אֱלֹהֵי אֱלֹהֵי & אֱלֹהֵי	F.	

Alia fortè quædam, præsertim tertiæ personæ utriusq; numeri, insuper usu notanda quotidiano.

II. Demonstrativa, extra Ebræa & Chaldæa pura fere, usitiora quidem hæc sunt:

Sin-

Singularia M. הַיְכִי / הַיְכִי / הַיְכִי *Hic, iste, ille.*

tantum: F. הַיְכִי / הַיְכִי *Hæc, ista, illa.*

M. הַיְכִי / הַיְכִי / הַיְכִי *Idem*

F. הַיְכִי / הַיְכִי *Idem.*

Comm. הַיְכִי / הַיְכִי / הַיְכִי

& alia nonnulla usu vicissim notanda.

ut: הַיְכִי / הַיְכִי / הַיְכִי &c.

Pluralia tantum: Comm. הַיְכִי / הַיְכִי /

הַיְכִי &c. *Illi, ipsi, illæ, ipsæ, illa, ipsa,* alia

item usu notanda vicissim.

III. Relativum pronomen & ipsum h. l. est הַיְכִי *qui, quæ, quod.*

IV. Interrogativum personæ est מִן / מִן / מִן / מִן / מִן vel מִן *quis, qui, quæ?*

Interrogativum rei: מִן / מִן / מִן & מִן vel מִן *qui, quæ, quod?* Utrumque extra interrogationem relativè etiam nonnunq. significat.

V. Præfixa Pronomina sunt & h. l. 2. *Præfixa.* הַיְכִי & הַיְכִי & utrumque signif: *qui, quæ, quod.* Quorum priori sæpiusculè subjungitur apud Talmudicos particula expletiva הַיְכִי vel הַיְכִי, Mercero desumpta

ex Latinorum relativo *Qui, quæ &c.*
 Quo de suprâ etiam aliquid *Cap. III.*
membr. 3. & 4.

3. *Affixa.*

VI. *Affixa* Rabbini adhibent sæpiusculè Ebræorum: Talmudistę v. ab Ebraismo plerumq; recedunt. De cętero ex integris pronomibus oriuntur & h. l. in communi eadem hoc fere modo:

Singularia.

			Gen.	Perf.
ני י	<i>Meus, a</i>	אֲנִי	C.	1.
ךָ	<i>Tuus</i>	אַתָּה	M.	} 2.
ךָ כִּי יָךְ	<i>Tua</i>	אֲתָּה	F.	
הָ הִי וְיָ	<i>Ejus</i>	אִיהוּ	M.	} 3.
הָ הִיא וְיָ	<i>Ejus.</i>	אִיהִי	F.	

Pluralia.

נָנוּ יָנוּ יָנוּ	<i>Noster, a</i>	אֲנֵנוּ	C.	1.
כֹּון כֹּום כֹּו	<i>Vester</i>	אֲתֵנוּ	M.	} 2.
כִּי כִין	<i>Vestra</i>	אֲתֵינּוּ	F.	
הֹון הֹום הֹו כֹון	<i>Eorum</i>	הֵנוּ	M.	} 3.
הִין הִין	<i>Earum.</i>	הֵינּוּ	F.	

Anno.

Annotatio.

Affixa כּוּן / כּוּן / הוּן & הוּן ut vel ex Schemate patet, apocopen nonnunq. patiuntur, demostro 1. Quo de pluribus infra *Lib. II. cap. 2. m. 6.*

CAP. VII.

De Particulis.

I. Particulæ separabiles & h. l. usu addiscendæ veniunt.

II. Inseparabiles, extra משה וכלב, sunt fere: ך Chaldæorum, nec non Talmudicis literæ ם & ן.

ך Ebræorum ן respondet, & ut ipsum, præsertim in compositione, significat *ut, quod, quia &c.* Idemqve, sicut & ן ipsum, officiosissima hæc sunt, aliisque vocibus frequentissimè subjunguntur, easq; non rarò in alienam naturam commutant. Ut: ךֿאִי *quod si*, ךֿאִף *quod etiam*, ךֿלִּי *ut bene sit tibi*. Sic & ךֿ / ךֿבִּירִי / ךֿ / ךֿחִלֵּף *quod scriptum est*, vel ן / ןמְשׁוּם *propterea ut, quod, &c.* ex gr. ןכְּתִיב *propterea quod scriptum est*, ןמְשׁוּם *quia dictum est, &c.*

נ Talmudicis præfixum dictioni-
 bus significat א / ע / ב / ל &c. h. e.
ad, in, super, supra, juxta, secundum &c.
 אֲלֵכָּהּ *ad cor*, אֲלֵפֶיךָ *in, super caput*, אֲדַעְתָּהּ
eâ sententia, mente, opinione &c. Alii
 scribere satagunt per Patach simplex:
 אֲבֵיךָ *in, ad domum, &c.*

ק & ipsum, ex integro קָ desum-
 tum, Talmudicis expletiva quidem par-
 ticula est, sed quæ affirmationis vim
 non rarò tamen habet, jungiturq; sæ-
 pissimè relativo. De hac Mercerus, *pag.*
m. 173. Mihi non aliã vim habere videtur,
quam σύνδεσμος ἁπλοῦς ἀπληρωματικὸς
Græcis, γε, sanè, profectò, &c. Ut:
 קָ אָמַר *dicit*, אָמַר אָמַר *qui dicit*, אָמַר
 אָמַר *ego a. ex semine Jose-*
phi venio. Conf. Buxtorf. *Lex. Rabb.*
b. l. p. 1947.

Annotationes.

De litera Vau & ל etiam adhuc notan-
 dum :

I. Vau

1. Vau punctatur & heic, ut Ebraicè &c. excepto Kamets.

2. Idem Conversivum hîc non est (vel certè rarissimè) Præteriti in Futurum, & contrà. Quæ igitur talia Ebraicè sunt, hîc propriis suis efferuntur temporibus.

3. Lamed à Talmudicis Futuri tertiis personis præpositum notat idem quod לָמַעַן *ut. ex gr. לִיכְתוּב לִיכְתוּב ut scribat, לִיתֵן לִיתֵן ut det, לִיקַטְלוּבֵיהּ לִיקַטְלוּבֵיהּ ut occidant eum, &c.*

CAP. VIII.

De

*Literarum mutatione & abiectione
generali.*

REGULA GENERALIS.

Regulæ generales de Literarum mutatione & abiectione in communi, propositæ cum in Ebraismo, tum verò atq; præsertim Chaldaismo, heic omninò locum etiam habent. Vide illas suo loco. Ut: קֵץ & קִיס *lignum*, קִיץ & קֵץ *astas*, עֵרַע & עִרַע *evenit*, &c.

Sic literæ אהוי etiam hîc frequentissimè inter se permutantur. Ex gr. מֶלֶךְ אֱהוּי pro מֶלֶךְ אֱהוּי, ut: מֶלֶךְ אֱהוּי pro מֶלֶךְ אֱהוּי, לומר

ראש pro ריש , *dicere* , לאמר pro לומר
 שׂוּל , *sepulchrum* , שאור pro שׂוּר , *caput* ,
 שאל pro שאל , *rogavit, interrogavit* . ה in א , ut :
 פְּשָׁרָהּ pro פְּשָׁרָהּ *interpretatio ejus* . Jod
 in א , ut : רגליי pro רגליי : *pedes mei* &c.

Sic א implicite quiescit. Ut :
 לממר pro לממר *dicere* &c.

Annotationes.

1. Indecorum Chaldæis itemq; Rabbiniis in fine duplex א (Syris quod analogum & familiare) Unde pro posteriore ut plurimum ה assumunt Ebraeorum. Ut : נְבוּאָהּ pro נְבוּאָהּ *propheta* , & דְּתָאָהּ & דְּתָאָהּ *berba* , גְּלָאָהּ pro גְּלָאָהּ (3. plur. foem.) *manifestarunt* , &c.

2. Abjiciuntur etiam heic non raro, maxime apud Talmudicos, literæ non-quiescentes sive mobiles quæcunqve, tam radicales quàm serviles, præsertim finales dictionum. Ex gr. Radicales: Ut : אָחַר pro אָחַר vel אָחַר *homo* , אָחַר pro אָחַר *unus* , אָחַר pro אָחַר *laudes* , אָחַר pro אָחַר *ante, coram* , אָחַר pro אָחַר *sabbatum* , אָחַר pro אָחַר *domus* , אָחַר pro אָחַר *septē* , אָחַר pro אָחַר *stans* : Serviles: ut : אָחַר pro אָחַר *audivi* , אָחַר pro אָחַר *regnura* , אָחַר pro אָחַר *videntes* , אָחַר pro אָחַר *indicantes* , אָחַר pro אָחַר *liber vester* , &c.

3. Con-

3. Contractio & h. l. notanda adhuc, frequens
 satis item Rabbinis, cum in vocibus simplicibus
 (conf. annotat. præced.) tum atq; vel maximè
 compositis. Ut: תהלים pro תלים laudes,
 פסלמי pro פסלמי sub, subter, צלעו pro
 צלעו coriarius, שמענה pro שמענה audite,
 קומנה pro קומנה surgite, &c. לא איתנה pro לא איתנה
 non est, לא איבנה pro לא איבנה non est, non sunt,
 ואתה pro ואתה tu, ואתה pro ואתה ecce ego,
 ואתה pro ואתה ac si, quasi, ואתה pro
 ואתה illis, ואתה pro ואתה illis, ואתה pro
 ואתה ut sint ipsi, ואתה pro ואתה ut sint ipsa, &c.
 Conf. omninò infra Lib. II. cap. II. memb. 2. an-
 not. 3.

SPECIALES.

REG. I.

Prima radicalis נ accipiens ratio- *De Primâ*
 ne formationis Scheva quiescens, præ- *Radicali*
 cedente literâ servili præformativâ, & *ALEPH.*
 heïc, ut apud Chaldæos, in Conjugatione primâ activâ quiescit præcedente Tserè: in Conjugatione tertiâ mutatur in Vau quiescens.

Annotationes.

I. In Conjugatione primâ activâ non rarò etiam נ mutatur in Jod quiescens, in Tserè. Ut: ליבר / ליבר / ליבר / ליבר discas, ליבר / ליבר ligare, &c.

F

2. Ab-

2. Abjicitur א nonnunquam, rejecta vocali sua pro more ad præcedentem literam, quotiescunq; præcedit Scheva: ex Syriasmō. Ut: מֵלֵךְ pro מֵלֵךְ *docens*, תִּלְפֹן pro תִּלְפֹן *docebitis*, אֶתְכֶר pro אֶתְכֶר *consumptus est*. Sic: אֶתְמַר pro אֶתְמַר *dictus est*, אֶתְחַר vel אֶתְחַר pro אֶתְחַר vel אֶתְחַר *captus est*, &c.

3. In verbo trito אָמַר *dicere* ludunt maximè Talmudistæ & Rabbinī vulgares, demto א initiali (sic & ר finali nonnunq.) aut mutato illo in י vel Jod quiescens, (hoc in א) Sic dicunt אָמַר & אָמַר *dixit, dictum est*, לֹאמַר & לֹאמַר *dicere*, אֹמַר / אֹמַר / אֹמַר & אֹמַר / אֹמַר / אֹמַר *dicam, dices, dicet*, &c. Vid. & conf. si placet, Buxtorf, *Lex. Ch. Tal. Rabb. rad. אמר pag. 123. seq.*

REG. II.

*De Primâ
Radicali
JOD.*

Prima radicalis Jod heïc se habet, ut in Ebraismo & Chaldaismo. Vid. illos.

Annotationes.

1. Prima rad. Jod & h. l. nonnunq. abjicitur & compensatur per Dagesch forte. Ut: אֶתְבַּ / אֶתְבַּ *abitabo, bit*.

2. Litera Jod schevâ mobili notata, adeoq; extra statum posita quietis, in Conjugatione prima passivâ etiam non rarò mutatur in lit. Vau quiescentem. Ut: אֶתְוֹסַף *additus est*, יִתְוֹתַב *peregrinabitur*. Sic Vocali notata in Conjug. secundâ in י mobile. Ut: אֶתְוֹכַח *corripi*, &c.

3. In

